



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

99. Athanasivs De Sva fuga.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

Non diuina potest certis essentia verbis

Finiri, excedens omnia verba Deus.

Non genus aut speciem, propriū, aut oratio multis

Communis, summo conuenit vlla Deo.

Ergo decet tacitum veneremur, quod nequit vllis

Efferri verbis, aut ratione capi.

99. ATHANASIVS DE SVA
fuga.

Hic est hominum terminus, ad perfe-
ctionem ducens, vt quod Deus iubet,
hoc faciant.

Hæc sanctus dixit de fine Athanasius olim

Vitæ perfectæ, verba notanda, p̄ys:

Terminus ad veræ qui ducit gaudia vitæ,

Est facere hoc homini quod iubet ipse Deus. ””

100. QVERELA DVORVM MI-
litum Christianorum, de Iuliano Aposta-
ta, sacrificante idolis gentium, ex dicto

Danielis: Tradidisti nos Regi iniquo,
qui recessit à te vltra omnes gen-
tes, quæ sunt in terra.

Capit. 34.

Iulia cui nomen fecit gens clara Tyranno,

Hæc duo Christicola verba tulere p̄j.

H